



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Liber quadruplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

est avarorum cupiditas Timo. 6. Qui I.Ti.6.  
 volunt diuites fieri, incident in tenta-  
 tionem & laqueum diaboli, &c. Ter-  
 tius detractorum perueritas est. Ec- Ecc. 51  
 clesiasticus. 51. Liberasti corpus ine-  
 um a perditione, a laqueo lingue ini-  
 que, & a labiis operantium iniqui-  
 tam.

*Liber quadruplex.*

**P**RIMUS est gloriæ, in quo legunt  
 soli angeli, et sancti, qui sunt  
 cum Deo. Vnica enim uisio hu-  
 ius libri reddit hominem scientem.  
 Vnde P. Augustinus. Habemus unum Augus.  
 doctorem in cælis, quem semel uidis-  
 se, didicisse est. De hoc libro legi-  
 tur Luce. 10. In hoc nolite gaudere LUC.10  
 quia spiritus uobis subiiciuntur, sed  
 potius gaudete, quia nomina uestra  
 scripta sunt in cælis. Secundus est gra-  
 tie, iste liber est Christus. Apoc. 10. Apo.10  
 Et uide in dextera sedētis super thron-  
 um, librum scriptum intus et foris.  
 In hoc libro poslunt legere omnes, si  
 licet, mares, & feminæ, scientes lite-  
 ras, et non scientes. Vnde Psal. In ca- Psal.39  
 pite libri scriptum est de me. Dicit  
 Glossa. In capite libri, idest, in consi- Glossa.  
 lio diuinitatis, quæ est caput meum

CHRISTIANA

secundum quod huius qui sum liber  
humani generis, in quo legant omnia  
sibi necessaria . Et debemus in hoc li-  
bro legere intus & foris. Intus debe-  
mus legere tria , s̄ilicet humilitatem,  
charitatem, & patientiam . de his tri-  
bus require in cap. singulorum. Foris  
similiter debemus legere tria, s̄ilicet  
obedientiam, paupertatem, et perse-  
uerantiam . Tertius liber est creatura-  
rum. In hoc libro possunt homines si  
milter legere . Iste nanque liber do-  
cet nos tria uidelicet , Cognoscere  
Deū . Magnitudo .n. creaturarū docet  
nos cognoscere potētiā Dei. Sap. 13.  
à Magnitudine .n. speciei, & creature  
cognoscibiliter poterit creator horū  
uideri. Idem. Si uirtutē & opera eorū  
mirati sunt, intellig -t ab ipsis quoniam  
qui hæc constituit, fortior illis est, &  
per magnitudinem uisibilium pollu-  
mus cognoscere magnitudinē inuisi-  
biliū. Vnde Paulus. Inuisibilia enim  
creatura mūdi p ea quæ facta sunt in-  
tellecta cōspiciuntur, &c. Secūdo do-  
cet laudare Deū. Pulchritudo .n. et u-  
rietas creaturarū docet nos laudare  
Deū. Plus .n. laudat Dēum rosa una  
ornata, quām aliquis explicare pos-  
set , & sic aliæ creature . Nonne arti-  
fex laudatur ab opere suo , aut uice  
ratur ? sic formatio creaturarū Dē-

Sap. 13

Idē, 12.

R om. 1

## INSTITVTO. 140

et dispositio , monent nos ad laudandum Deum. Vnde Isidorus. Sicut ars in artificem retorquet laudem, ita rerum creator per creaturam suam laudatur. Et ideo P. Augustinus ait. Miserum est, quomodo homo semper Deum non laudet , eum omnis creatura ad Deum laudandum inquietet . Tertio docet nos amare Deum. Ut ilitas enim creaturarum docet nos Deum amare. Nullus modus efficacior est ad quærendum amorem alicuius quam dominum , quia sicut dicit sapiens. Beneficia enim feras mansuescere faciunt. Et bona huius mundi donanda sunt ; constat ergo quod de eius amore nos doceant. Vnde P. Augustinus. Domine cælum , & terra , & mare & omnia quæ in eis sunt , dicunt mihi undique ut amemte , ne cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles . De quarto libro , silicet scripturarum. Legitur Ezech.2. quod in eo erant scriptæ lamentationes , silicet primi hominis , carmen secundi , & usq; diaboli , & membrorum eius. Iste enim liber docet nostra , silicet , quid agendum , si licet , lamentationes , siue pænitentiam. Iac. Misericordia & lugete , &c. Et illud. Agite pænitentiam. Et illud Hieremias . Luctum unigeniti fac tibi planetum amarum , &c. Quid apperen

Isyd.

Augus.

Augus.

Augus.

E zec. 2

Iac. 4.

Hier. 6.

CHRISTIANA

Mat. 25 dum, uidelicet, carmen. Matt. Venite benedicti patris mei, &c. Quid fu-  
giendum, silicet, Vx, hoc est penas  
æternales.

*Misericordiæ incitamenta sunt  
quinque.*

**A**ugus. **P**rimum est ipsa natura, quia misericordia est secundum naturam, ut dicit P. Augustinus. Naturaliter miseretur frater fratri, & nos qui

**Mala. 2** fratres sumus in Christo, debemus in iuicem misereri. Malach. Nunquid non unus pater omnium nostrorum, quid non unus deus crevit nos? quare ergo despicit unusquisque proximum suum? Augustinus. Nihil enim tam

**Augus.** secundum naturam, quam iuuare conseruare naturæ. Secundum est, quod scriptura docet. Deut. Præcipio tibi ut aperias manum tuam fratri tuo ego, & pauperi. Luc. Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Et Paulus. Estote in iunctu benigni misericordes &c. Tertiū est,

**Deu. 15** quia deo placet. Osee. Misericordiam uolo & non sacrificium &c. Et P. Augustinus. Non est quod ita deo non faciat amabiles, ut pietas, que in tantum ei placuit, quod ipsa de celo cum

**Luc. 7.** **Eph. 4**

**Osee. 6** **Augus.**

**Augus.**